

1274/12/01. Noia.

616

María Páez “Bochoa” dóalle ó mosteiro de Toxos Outos a viña de Bauzoas, xunto á vila de Noia, para que o cenobio celebre misas pola súa memoria e a do seu marido, Pedro Fernández.

B.- Tombo, f. 161r.

De villa de Noya. Carta donacionis de Maria Pelagii Bochoa de medietate vinee de Bouzoas.

Era M^a CCC^a XII^a et quotum kalendas decenbris. Notum sit omnibus quod ego Maria Pelagii dicta Bochoa pro me et pro omni uoce mea do et dono perpetuo monasterio Sancti Justi de Togis Altis et toto conuentui eiusdem loci pro anima mea et pro anima viri mei Petri Fernandi totam meam medietatem integram illius vinee quam habeo in illa vinea que iacet iusta villam de Noya que uinea uocatur de Bauzoas de qua iam dederat predictus vir meus aliam medietatem predicto monasterio per quam darent dicto monasterio vinum et hostias ad celebrandum missas in predicto monasterio, que vinea iacet inter vineam Pelagii Fernandi et Didaci Alfonsi ex una parte et vinea quondam Petri Fernandi de Lauro ex altera. Taliter do eam quod habeat ipsam vineam predicto monasterio imperpetuum et per istum scriptum trado predicto monasterio omne jus, dominium, possessionem et proprietatem predictae vinee, quem scriptum do predicto monasterio in sinum possessionis et ex isto die in antea confiteor tenere et possidere ipsam vineam de ipso monasterio et pro eo.

Siquis igitur contra hanc donacionem venit ad irrumpendum quisquis ille fuerit pectet predicto monasterio centum morabitos alfonsini monete; scripto isto nichilominus in suo robore duraturo.

Q. p. f.: Martinus Arie, iudex Noye. Munio Didaci. Pelagius Fernandi. Fernandus Muniz dictus Tofinus, miles, et filius eius Martinus Fernandi. Johannes de Intiis. Martinus de Teyra.

Ego Johannes Petri, notarius concilii Noye juratus, interfui et de mandato meo Fernandus Arie scripsit et signum meum appono. (Monogramma: J^o PET^l, NOT. NOYE).

Ego Fernandus Arie de mandato predicti notarii scripsi.